

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Loquacitas x
cum uariis

Quis enim hominum sic cantus sit ut, si inter emulos loquatur, nullum uerbum eius incurrat aliquam questionem? Difficilis res est linguam in lubrico faucium constitutam ueritatis rigide tenere mensuram cui, si incaute frena laxentur, frequenter contra se loquitur. Facilius enim culpa tacendo refugitur quam loquendo. Salomon dicit: Ori tuo facito ostium et serram et uerbis iugum atque stateram.

Cassiodorus super Psalmum: Dixi custodiam.

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V¹ V² L¹ L²):

enim] est P V¹ V² L¹ L²; cantus] cautus P V¹ V² L¹ L²; sit *om.* P V¹ V² L¹ L²; uerbum eius] eius uerbum P V¹ V² L¹ L²; ostium] hostium M P V¹; et uerbis...stateram *om.* C; Psalmum] illud Psalmorum P V¹ V² L¹ L²